

4320 tabulae marmoreae pars superior ( $0,54 \times 0,14 \times 0,05$ ), rep. negli scarichi a S degli horrea. Frustra quaesivi.

NVMINI·DOMVS·AVG·  
SILVANI·IVVENIS·SACRVM  
SVB·CVRA·ACHILLIS·AVG·LIB  
ATENDENTE·XANTHO

Paribeni *Not. d. sc.* 1918 p. 136 n. 2.

2 Silvanum quod sciamus alibi *iuvenerem* non appellari monet editor. Quodsi Commodus *Iuppiter iuvenis* appellabatur (cf. quae exposuit A. Alföldi in libro qui inscribitur *Fünfundzwanzig Jahre Röm.-Germ. Kommission* p. 20 not. 68), cogitaverit quis alium imperatorem nescio quem Silvanum *iuvenerem* gessisse; quod sane parum credibile videtur. — 4 in. indicatum fuit munus Achillis. — *a(t)tendente* idem fere quod alibi *curam agente*. Cf. Dessau *Inscr. Lat. sel.* 9134. 9151.

4321 [= Eph. IX 438] tabula marmorea in duas partes fracta, a. 0,18, l. 0,215, cr. 0,023. Litterae mediocres, a. 0,023–0,02. Rep. in una delle stanze presso porta romana. Est in repositis musei Ostiensis.

NVMFABVS  
TITVS AMIN  
NERICVS DO  
NVM FECIT

Descripti ad ectypum, contuli ad lapidem. Vagliari *Not. d. sc.* 1909 p. 58. 293; inde Dessau l. c.

1 cf. Neue *Formenl. d. lat. Spr.* I p. 46; Dessau *Inscr. Lat. sel.* III p. 844. — 2 sq. *'Aminnericus* idem nomen nisi fallor quod alibi (in titulis Pompeianis C. IV 5611 sqq. 5630. 5764. 5765) scribitur *Abinnericus* (sic pro *Habinna* reperitur etiam *Amin-*)<sup>5</sup> Dessau l. c. Cf. infra n. 5356 col. III v. 10 not. *Aminnaracus* nomen canis C. VI 29895 citat Vagliari.

4322 ara parva marmorea. Titulus scalpro deletus aegre legitur. Litterae (a. 0,025–0,047) videntur bonae fuisse. Rep. reg. II ins. II, prope portam Romanam. Est in horreis Epagathianis.

ARAM·NVMPHIS  
SANCTIS AMMONIVS  
AVGG NN SER LIBERATVS  
NVMINE EARVM.  
5 GRAVI INFIRMITATE.  
VT VOVERAT//S V//  
//1//T//A//C//S  
FECIT DEDICAVIT QVE  
II//IDVS I//ANVLINO II a. p. Chr. 199  
10 ET FRONTONE COS  
homo canis dextrorum  
humani acens currans  
manus tollens

Descripti ut potui, contuli iterum atque iterum. Paribeni, quem Finelli adiuvit, *Not. d. sc.* 1920 p. 163 n. 4; cuius editionem nisi ante oculos habuisse, ne id quidem, quod legi, legere potuisse, praesertim cum ara nunc loco legenti non nimis opportuno collocata sit.

De punctis non constat. — 1 NYMPHIS, 2 AMNON, 7 T//C//T//A//, 8 DICAVIT QVE (pro DEDICAVIT QVE) Paribeni. — 3 *Augustorum nostrorum duorum* (i. e. Septimii Severi et Antonini filii eius) servus.

Hominem aram vovisse a cane, quem rabidum putabat, morsum, dedicasse a Nymphis sanatum probavit Paribeni, cf. Cels. V 27, 2 C (p. 231 Marx) *solet autem ex eo vulnera* (sc. quod morsu canis rabiosi factum est) ... *aqua timor nasci* (*hydrophobas Graeci appellant*) ... Sed unicum tamen remedium est, neque opinantem in piscinam non ante ei provisam proicere. Et si natandi scientiam non habet, modo mersum bibere pati, modo attollere: si habet, interdum deprimere, ut invitus quoque aqua satietur: sic enim simul et sitis et aquae metus tollitur.

4323 pars superior basis marmoreae, a. ca. 0,60, l. ca. 0,70  $\times$  ca. 0,75, litteris bonis. Affertur inter res repertas essendo stati continuati i lavori seguendo la curva del teatro. Collocata est trans viam e regione theatri.

OSTIAE  
T·MANI  
S<sup>1</sup>

6  
5,3

Descripti. Vagliari *Not. d. sc.* 1910 p. 176.

1 fortasse *Ostiae felici*, ut *portus Aug. et Traiani* dicitur *felix* supra n. 408 cf. 90. Basis videtur sustinuisse statuam deae Ostiae, quae alibi non commemoratur; sed potuit certe ut Roma ipsa sic etiam Ostia pro dea haber. — 2 fortasse fuit *T. Manlius*; Titos Manlios multos Ostiae habemus (v. indices). — 3 fin. num fuerit e, lapide laeso cognosci non potest. Fortasse fuit *sevir Aug(ustalis)*.

4324 basis marmorea ( $1,20 \times 1,20 \times 1,05$ ), rep. loco antiquo sul lato sinistro a chi viene da Ostia a m. 2,70 dallo stipite della porta romana. Est ibidem. Litterae bonae, a. 0,075 v. 1, 0,04 v. 2; inscriptio longa est 1,05.

SALVTI·CAESARIS·AVGVST·

GLABRIO·PATRONVS·COLONIAE·D·D·F·C·

Descripti ad imaginem photographicam, contuli ad lapidem. Vagliari *Not. d. sc.* 1910 p. 60 (imaginem). Tractaverunt Vagliari l. c. et *Ostia, cenni storici e guida* (1914) p. 48 sq. Carcopino *Journ. des savants* 1911 p. 459 sq. van Buren *Berl. Phil. Wochenschr.* 1911 p. 1391. L. R. Taylor *The cults of Ostia* (1912) p. 50 sq. Calza *Ostia, guida* p. 78 sq.

*Glabrionem* esse e gente Acilia vidit Vagliari; de Aciliis cum gente Egrilia et colonia Ostiensium coniuncta v. Visconti *Giornale arcadico n. ser. LII (1865) 1867 p. 172* sqq., cf. supra n. 74, infra n. 4442 sqq.; de *Salutis* apud Acilius cultu egit Vagliari ll. cc. Sed cum ex litterarum forma de aetate lapidis nil certi concludi possit, in dubio sumus et de *Caesare Augusto* et de *Glabrione* qui et quando fuerint: quid coniecerint viri docti, video apud ipsos locis supra laudatis. — 2 fin. *d(ono) d(edit), f(aciendum) c(uravit)*.

4325 [= Eph. IX 477] tabula marmorea cr. 0,035, a. nunc ca. 0,20.

Spatium scripturae, cuius formam delineavi, supereminet reliquam superficiem tabulae. Litterae tertii puto saeculi, a. 0,028. Rep. *decumano, presso le terme Antoniniane*. Est in repositis musei Ostiensis.

MENVS  
NEA  
CORVS

Descripti ad lapidem, contuli ad ectypum. Vagliari *Not. d. sc.* 1909 p. 207 n. 15; inde Dessau l. c.

in. [*Cly*]menu, [*Diadu*]menu vel tale quid. — 2 sq. *'neacorus* (sine dubio Serapidis, cf. supra p. 5) scriptum, ut *Naeacore* in titulo item Ostensi supra n. 785<sup>5</sup> Dessau l. l. Cf. supra n. 47 add. (p. 613). 4291.

4326 cippus marmoreus a. 0,245, l. 0,64  $\times$  0,38; in parte superiore cavum exstat ( $0,55 \times 0,20$ ). Litt. a. 0,035–0,04. Rep. *nello sterro dell' ultima tomba sul lato meridionale di via dei sepolcri*. Est ibidem.

SILVANO·SACRVM

PRO SALVTE

IMP·NERVAE·TRAIANI·CAES

AVG·GERMANICI·DACICI·

5 HILARVS·SOCIOR·VECT·FERR·SER

D·D·AQVAE·TRAIANAE·FELICITER·

Contuli. Edid. et tractavit Calza *Not. d. sc.* 1923 p. 397.

5 *socior(um) vect(igalis) ferr(arium) ser(vus)*; cf. C. XIII 1811 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 8641. Hirschfeld *Die kais. Verwaltungsb.* 2 p. 145 sqq. Quae officinae ferrariae hic significantur, ignoramus. — 6 *Aqua Traiana Ostiae adhuc ignota*.